

ANNUS XXIV.

MENSE DECEMBRI 1939.

NUM. 4.



Per.  
Lat  
020

Lateinische Jugendzeitschrift. Latin ifjúsági folyóirat. Revue latine de la jeunesse.  
Laptulajdonos: Katolikus Középiskolai Tanáregyesület. — Sumptibus Societatis Magistrorum Catho-  
licorum Mediarum Scholarum Hungariae. — (Praeses: Dr. Andreas Zibolen elnök.)

Administrator (felelős kiadó — Geschäftsstelle — admi-  
stration), ad quem pecuniae dirigantur: ALEXANDER  
REGENYI, Budapest, VII., Barcsay-u. 5. (tel.: 142—215).

Moderator (felelős szerkesztő — Schriftleitung — rédaction),  
ad quem manuscripta mittantur: JOSEPHUS WAGNER DR.,  
Budapest, XI., Lágymányosi-utca 20. (telephon: 268—634).



«Magi adorant Jesum.» Pinxit Joannes Memling, cuius picturae centenario V° diei natalis (1439) in urbe Belgica Brugis (Brugge=Bruges) collectae in expositione nuper monstrabantur.



Megjelenik havonta. — Prodit singulis mensibus. Pretium subnotationis an. 1939—40. in Hungaria 3 pengoe, extra Hungariam 4 pengoe. Nummaria chartula (vulgo: chéque) postal is in Hungaria: 57.292. Subnotatores earum gentium, unde pecuniarum transmissio impeditur, utantur schidulis «Coupon réponse international» appellatis, quarum si quis decem in epistola ad administratorem mittit, pretium annum solvit. Quinis exemplaribus sextum gratuito additur.

# LECTORIBUS MINIMIS.

## Jocosa.

1. *Grammatica*. Magister: «Ventus flat.» Quo tempore est dictum? — Discipulus: «Tempore ventoso.»

2. *Conatus*<sup>1</sup> difficilis. Paulus: Dic, Antoni fraterule, quid facias psittaco.<sup>2</sup>? Frater: Lo... lo... loqui do... do... do... doceo eum.

3. *Pensum arithmeticum*. Agricola in cauponā<sup>3</sup> ad collegam: «Desideri, si dicas, quot porculos<sup>4</sup> habeat scrofa<sup>5</sup> nostra, dabo tibi omnes novem.»

*Ervinus Hajas* disc. Agriensis.

4. Stephanus: «Carissime Ludovice! Vivisne, an<sup>6</sup> mortuus es? Si vivis, mitte ad me quam celerime 50 pengoe, quae aestate tibi commodavi!» — Ludovicus: Mortuus sum.

5. A: In circo vidi artificem<sup>8</sup> gymnicorum,<sup>8</sup> qui in equo sedens cernuat,<sup>9</sup> deinde sub equum salit, caudam eius corripit et mox iterum in tergo equi sedet. — B: Etiam hoc est tibi artificium? Idem feci ego quoque, cum equitare discebam.

6. «Haec pila<sup>10</sup> tua-ne est?» interrogat hortulanus<sup>11</sup> puerum, qui extra hortum stat. — «Forsitan vitrum<sup>12</sup> pilā fractum est?» dicit puer. — Hort.: Non. — Puer: Tum mea est pila.

*Lad. Tamás* abituriens Sch. P. Vesprimiens.

7. Conviva in caupona<sup>3</sup> piscem sibi apportari<sup>13</sup> iussit,<sup>13</sup> sed pisce non contentus sermonem<sup>14</sup> conferre<sup>14</sup> cum eo incipit. Quod puer<sup>15</sup> cibifer,<sup>15</sup> cum audiret, interrogavit convivam «Qua de re sermo inter vos fit?» Conviva respondit: «Heri digitabulum<sup>16</sup> meum in Danubium cecidit, ego igitur interrogavi piscem, vidi setne digitabulum meum.» Puer: «Et quid respondit piscis?» Conviva: «Dixit haec: ego digitabulum tuum videre non potui, nam piscator<sup>17</sup> me ante sex dies cepit.»

8. Amici de piscibus colloquuntur. Tum quidam dicit: «Pisces carnivori<sup>18</sup> sunt et minores a maioribus comeduntur. Exempli causā, quae sardae (= sardinae) nominantur, ab aliis maioribus piscibus devorantur.» Tum quidam iuvenis interrogat: «Et quomodo pisces maiores capsulam<sup>19</sup> sardas continentem aperiunt?»

*Frid. Orlovszky* Bp.

9. *Heros*. Miles quidam ex bello rediens gloriatatur:<sup>20</sup> «Ego pedes hostium duorum praecidi<sup>21</sup>. — «Cur non caput?» — interrogabatur ab audiēntibus. — «Quia id iam aliquis praecidērat, quo tempore ego illuc adveni» respondit vir fortissimus.

10. *Virgo garrula*.<sup>22</sup> Quendam medicum clarum adiit dominula<sup>23</sup> aduluscentula,<sup>23</sup> ut consuleret eum. Sed quia multum garriebat, medicus non habebat<sup>24</sup> potestatem<sup>24</sup> dicendi.<sup>24</sup> Tandem interfatus<sup>25</sup> est: «Quaeso, protendas linguam!» — Puella pāruit. «Nunc hoc modo manē, dum ego, quae debeo, dico.»

11. *Medici merces*. De alio professore medico claro narratur hoc: Virum dixitem, qui gravi et longo morbo aeger<sup>26</sup> erat, persanavit.<sup>27</sup> Vir gratus medicum adit, pro opera eius gratias egit et antequam discederet, in mensa involucrum<sup>28</sup> posuit.

Sed professor medicus: «Veniam — inquit — peto, verum mercedem ego statuo. Res erat multae<sup>29</sup> operae<sup>29</sup> et laboris<sup>29</sup>, ergo pro sanatione mihi 1000 pengoe debentur.<sup>30</sup> Tum involucrum reddidit. Patiens (curationem recipiens) caput inclinavit et «Sit, domine, — inquit — quomodo vis!» Tum involucrum aperuit, promptis ex eo 4000 P. ex quibus mille tradidit medico stupenti.<sup>31</sup>

*Ios. Tóth dr.* Csurgonensis.

12. Cingarus in nundinis<sup>32</sup> vendere vult equum, quem furto abegit. Colonus<sup>33</sup> a quo furatus<sup>34</sup> erat, agnoscit equum suum et baculo suo cingarum vehementer verberare coepit. Homo salsissimus<sup>35</sup> inter verbera alloquitur colonum: «Eheu, minime rem calles,<sup>36</sup> non ita cingarus verberatur!» Colonus demittit baculum et admiratus rogat: «Dicas igitur, quomodo?» Cingarus: «Ambabus manibus tene baculum!» Dum colonus ad novum verberandi modum se accinxit,<sup>37</sup> cingarus aufugit.

13. «Quomodo possim vel unam piscem capere!» ingemiscit pescator, qui arundinem<sup>38</sup> iam diu frustra in undas fluvii demissam tenet. — «Ego dicam, alloquitur eum cingarus. Nata pone<sup>39</sup> piscem, dum defatigas.<sup>40</sup> Defatigatam facile capies.»

14. «Cum tempestas<sup>41</sup> cooritur, ut liberis meis consulam,<sup>42</sup> in cauponam me confero,» narrat cingarus. — «Et quid hoc prodest<sup>43</sup> liberis tuis?» interrogatur. «Si enim de coelo<sup>44</sup> tangitur<sup>44</sup> tugurium<sup>45</sup> meum, incolumis salvabitur<sup>46</sup> eis pater si vero caupona, remanebit eis tugurium.»

*Fel. Gondán dr. O.* Cist. Bajanus.

<sup>1</sup> vállalkozás = Bemühung = entreprise   <sup>2</sup> a papagájal = mit dem Papagei = avec le perroquet   <sup>3</sup> korcsma = Gasthaus = cabaret   <sup>4</sup> malac = Ferkel = cochonnet; petit   <sup>5</sup> koca = Mutterschwein = truie   <sup>6</sup> vagy = oder = ou   <sup>7</sup> kölcsön ad = leihen = präter   <sup>8</sup> vulgo: artistam   <sup>9</sup> bukfencet vet = sich überschlagen = faire la culbute   <sup>10</sup> labda = Ball = balle   <sup>11</sup> kertész = Gärtner = jardinier   <sup>12</sup> ablaküveg = Fensterglas = vitre   <sup>13</sup> megrendel = bestellen = commander   <sup>14</sup> beszélgetni = ein Gespräch anknüpfen = se mettre à parler à   <sup>15</sup> pincér = Kellner = gargon   <sup>16</sup> kesztyű = Handschuh = gant   <sup>17</sup> halász = Fischer = pêcheur   <sup>18</sup> húsevő = fleischfressend = carnivore   <sup>19</sup> doboz = Schachtel = boîte   <sup>20</sup> dicsekedi = prahlen = se vanter   <sup>21</sup> levág = abschneiden = couper   <sup>22</sup> bőbeszédű = schwatzhaft = volubile, bavard   <sup>23</sup> kisasszony = Fräulein = demoiselle   <sup>24</sup> fiatal = jung = jeune   <sup>25</sup> szóhoz jut = zu Worte kommen = ne pas pouvoir placer un mot   <sup>26</sup> félbeszakít = unterbrechen = interrompre   <sup>27</sup> beteg = krank = malade   <sup>28</sup> kigyógyít = ausheilen = guérir   <sup>29</sup> boríték = Briefumschlag = enveloppe   <sup>30</sup> sáradságos = mühevoll = pénible   <sup>31</sup> jár nekem = ich habe zu bekommen = je dois toucher, il m'est dû   <sup>32</sup> álmelkodó = verblüfft = stupéfait   <sup>33</sup> hetivásár = Wochenmarkt = foire (hebdomadaire)   <sup>34</sup> parasz = Bauer = paysan   <sup>35</sup> lop = stehlen = voler   <sup>36</sup> kópé = Schalk = rusé compère   <sup>37</sup> ért vmihez = verstehen = savoir   <sup>38</sup> nezikészülődik = sich anschicken = se préparer à   <sup>39</sup> horgászbot = Angelroute = canne à pêche   <sup>40</sup> utána = hinterher = après   <sup>41</sup> kifáraszt = ermüden = fatiguer   <sup>42</sup> zivatar = Gewitter = tempête   <sup>43</sup> gondoskodik = sorgen für = avoir soin de   <sup>44</sup> használ = nützen = servir   <sup>45</sup> viskó = Hütte = hutte   <sup>46</sup> megmarad = bleibt gerettet = restera sain et sauf

**De duce, qui noverat milites suos.** Cum castellum Mahon oppugnabatur, multi militum se cotidie vino compleverunt.<sup>1</sup> Delinquentibus<sup>2</sup> iam non erat satis loci in carceribus. Viri<sup>3</sup> consilii militaris seditionem timebant suaseruntque imperatori, ut exempli statuendi causā nonnullos vino lentorum<sup>4</sup> insanabilium<sup>5</sup> suspendi<sup>6</sup> iuberet.<sup>6</sup> At summus dux Richelieu respondit: «Priusquam hac ultimā ratione<sup>7</sup> utar, aliquid experiri volo.» Postero die sic compellavit milites suos: «Franco-galli! Audite, quae nunc declarabo: qui fruto tempore ebrios<sup>8</sup> deprehensus erit, excludetur honore<sup>9</sup> eorum, qui participes impetus proximi erunt.» Summo duci exercituique pariter gloriosus erat eventus<sup>10</sup> minarum,<sup>11</sup> nemo enim militum dehinc ebrios inventus est.

Eva Laczák abituriens thygatrogymn. Kaposváriensis.

<sup>1</sup> leissza magát = sich berauschen = se soûler   <sup>2</sup> vét-kes = Sünder = coupable   <sup>3</sup> tag = Mitglied = membre   <sup>4</sup> iszákos = trunksüchtig = ivrogne   <sup>5</sup> javíthatlatlan = unverbesserlich = incorrigible   <sup>6</sup> felakasztat = henken lassen = faire pendre   <sup>7</sup> eszköz = Mittel = moyen   <sup>8</sup> ittas = betrunken = ivre   <sup>9</sup> megtiszteltetés = Ehre = honneur   <sup>10</sup> eredmény = Erfolg = succès   <sup>11</sup> fenyegetés = Drohung = menace.

## M. Jókai: Quem ex novem liberis?

Latine libere reddidit Emericus Szántó disc. gymn. Keszthelyensis.

Aliquando sutor<sup>1</sup> pauper vivebat. Ars eum divitem facere non potuit. Multos liberos, paucum quaestum<sup>2</sup> habebat. Post mortem uxoris solus permansit cum novem liberis. Duo-tres eorum iam scholas adibant. Unum e multis vadere docebat, alterum in gremio<sup>3</sup> posuit. Uni cibum dare, alteri pultem<sup>4</sup> coquere, hunc veste induvere, illum lavare debuit. Eodem tempore debuit novenos calceos<sup>5</sup> facere et novenas partes panis desecare. Vespere autem domus plena erat lectorum.<sup>6</sup> Sed opifex<sup>7</sup> Joannes nunquam questus est.<sup>8</sup>

Deo gratias<sup>9</sup> egit,<sup>9</sup> quod novem liberi, boni, modesti pulchrique erant. Pater pauper vespere diei<sup>10</sup> natalis Christi<sup>11</sup> domum sero rediit. Calceos paratos dominis apportaverat. Parvam pecuniam quoque accepit. Rediens merces<sup>12</sup> expositas spectavit, ut liberis dona emeret, sed pecuniā tam parvā omnes donare non potuit. Mox pulchrius et melius donum eis dabo, — cogitabat — quod non frangitur et quo omnes gaudebunt.

«Agite,<sup>13</sup> liberi — dixit domi — hodie est vesper diei natalis Christi! Hic est magnus dies sollemnis! Hoc vespere non laborabimus, sed

omnes gaudebimus.» Liberi patrem laete circumsiluerunt.

«Manete! — clamavit opifex — vos doceo cantum pulchrum. Hoc est donum, quod vobis vespere diei natalis Christi dabo.» Postquam pater eos ordine collocavit, silentio<sup>14</sup> facto<sup>15</sup> vultu pio hunc cantum pulchrum cantavit: «Angelus caelo descendit ad vos.» Liberi maiores mox didicerunt, postea etiam minores et magnum erat gaudium, cum omnes novem cantum magnificentem angelorum pariter cantarent.

Supersutorem, in prima contignatione<sup>16</sup> dominus dives solus habitat. Neque uxorem, neque liberos habet. Dominus dives vespere sancto molestie<sup>17</sup> sedet. Cibaria male sapiunt.<sup>18</sup> In lecto molli noctem insomnis pervigilat. Tum cantum beatum novem liberorum audit. Finem cantū exspectat. Infra autem non omittunt<sup>19</sup> cantare. Dominus subito in habitacionem sutoris descendit. «Tu es sutor, nomine Ioannes?» — interrogat opificem. «Ita, mi domine! Calceos vis faciendum curare?» «Nolo! Multos liberos habes, sicut video.» «Habeo, domine, habeo maiorem, etiam minorem.» «Opifex, te hominem felicem faciam! Da mihi unum e liberis! Adoptabo eum et tibi quoque auxilio erit.»

Ioannes dicto obstupescit:<sup>20</sup> Unus e multis dominus dives fiet. Haec est fortuna magna! «Age<sup>12</sup> delige unum!»

Joannes liberos enumerat: «Alexandrum tibi dare non possum. Bene discit. Sacerdos erit. Secunda est puella. Tibi puellā non<sup>19</sup> est opus.<sup>19</sup> Franciscus iam iuvat me. Ioannes parvus et ego unum nomen habemus. Dare eum non possum. Iosephus matri similis est. Nunc puella sequitur. Neque Paulum, quem mater eius maxime amaverat, dare possum. Ceteri minores sunt.»

Opifex eligere non potuit. «Liberi, quis vult vestrum<sup>20</sup> dominus fieri? Qui vult, procedat!»<sup>21</sup> Sutor miser post verba ultima prae lacrimis loqui aegre potest. Liberi paulatim ex oculis eius se reci-

<sup>1</sup> cipész = Schuster = cordonnier   <sup>2</sup> kereset = Verdiest = gain   <sup>3</sup> öl = Schoss = genoux   <sup>4</sup> kása = Brei = bouillie   <sup>5</sup> cipő = Schuh = chaussure   <sup>6</sup> ágy = Bett = lit   <sup>7</sup> mesterember = Handwerker = artisan   <sup>8</sup> panaszkodott = klage = se plaindre   <sup>9</sup> hálát adott hogy = dankte daß = remercia   <sup>10</sup> karácsony = Weihnachten = Noël  
<sup>11</sup> áru = Ware = marchandise   <sup>12</sup> nos = wohlan = voyons  
<sup>13</sup> csend lett = es trat Schweigen ein = faire silence  
<sup>14</sup> emelet = Stock = étage   <sup>15</sup> kellettlenül = mit Missbehagen = de mauvaise grâce   <sup>16</sup> izlik = schmecken = plaisir  
<sup>17</sup> megszűnik = aufhören = cesser   <sup>18</sup> elálmékkodik = erstaunen = s'engourdir   <sup>19</sup> nincs szükség = bedarfst du nicht = tu n'a pas besoin   <sup>20</sup> közületek = von euch = de vous   <sup>21</sup> elölép = hervortreten = avancer




Figura sine verbis, ipsa se explicans.

piunt. Tum pater eos amplectitur<sup>22</sup> et : «Domine, ait, neminem dare tibi possum!»

Dominus opulentus nunc sutori pauperi duos milia florenorum<sup>23</sup> dat, ne liberi postea cantent.

Sutor, postquam dominus abiit, admirans spectat pecuniam, quam postea in cista<sup>24</sup> ponit. Clavem cistae in sinum<sup>25</sup> vestis condit. Liberi tacent. Cantare non licet! Minores patrem orant, ut iterum doceat cantum, cuius iam oblitus<sup>26</sup> sunt. «Non licet cantare!» — clamat opifex et ut laboret, considit. Subito cantitare incipit : «Angelus caelo descendit...» Tum sibi alapam<sup>27</sup> ducit, subito insilit, cistam aperit et pecuniam ad dominum reportat: «Mi domine! Recipe donum! Hoc vespero sancto cantare volumus! Cantus mihi plus valet pecuniā!» Donum in mensa ponit et ad liberos reddit. Iterum eos ordine collocat et toto pectore cantant : «Angelus caelo descendit...»

Dominus dives cantum pium novem liberorum audit et : «Num, inquit, quo gaudent alii in hoc mundo taedii<sup>28</sup> pleno?»

<sup>22</sup> átölel = umarmen = embrasser <sup>23</sup> forint = Gulden = florin <sup>24</sup> láda = Kiste = cassette <sup>25</sup> zseb = Tasche = poche <sup>26</sup> elfelejtettek = haben vergessen = ont oublie <sup>27</sup> pofon = Ohrfeige = soufflet <sup>28</sup> unalmás = langweilig = ennuyeux.

## LECTORIBUS MEDIIS

### Lapicida<sup>1</sup> Japonicus.

Scripsit : Eduardus Douwes Dekker (1820—1887). In latinum convertit : Joannes van Heugten disc. Kaatsheuvensis (Hollandia).

Fuit olim vir, qui lapides excidebat e saxo. Labor eius gravissimus erat et strenue laborabat parvā mercede, neque erat contentus. Gemicbat, molestum esse labore, clamans : «O utinam dives essem et quiescerem in lecto ornato conopeo<sup>2</sup> ex sericis<sup>3</sup> rubris facto!»


Et angelus venit e caelo dicens : «Sit tibi, ut dixisti.» Et erat dives. Et in lecto quiescebat et conopeum ex sericis rubris erat factum. Et rex regionis cum equitibus currum antecedentibus praetervehebatur. Etiam post carpentum equites erant et supra caput regis tenebatur umbella. Vir dives haec omnia videns stomachabatur<sup>4</sup>, quod umbella aurea supra caput suum non teneretur. Et contentus non erat. Gemicbat et dixit : «Rex esse cupio!»

Et angelus venit e caelo dicens : «Sit tibi, ut dixisti.» Et erat rex et ante currum multi equites vehebantur et post currum equites erant et supra caput umbella aurea tenebatur. Et fervidis radiis sol fulgebat et orbem terrarum adeo adurebat, ut graminis herba exaresceret.<sup>5</sup> Gemicbat rex, solem sibi faciem amburere atque potentiores esse quam se. Et contentus non erat. Gemicbat et clamavit : «Sol esse opto.»

Et angelus venit e caelo dicens : «Sit tibi, ut dixisti.» Et erat sol. Et radios suos sursum et deorsum et quoquooversus<sup>6</sup> et in omnes partes mittebat. Et graminis herbam in terra et faciem principium, qui erant in terra, amburebat. Et nubes inter terram et eum se interposuit et radios solis prohibebat. Et irasciebatur, quod potestati suaee resisteretur et nubem se potentiores esse querebatur. Et contentus non erat. Nubes, quae tantum valeret, volebat esse.

Et angelus venit e caelo dicens : «Sit tibi, ut dixisti.» Et nubes erat et inter solem et terram se interposuit et radios solis intercipiebat ita, ut herba viresceret. Et nubes guttas magnas in terram effundens flumina imbris augebat et torrentes<sup>7</sup> vortice profluebant<sup>8</sup> greges. Et agros multae aquae vastabant. Et in saxum non cedens<sup>9</sup> de-

<sup>1</sup> köfejtő = Steinbrecher = ouvrier carrier <sup>2</sup> szúnyoghálo = Mückennetz = moustiquaire <sup>3</sup> selyem = Seide = soie <sup>4</sup> bosszankodik = unwilling sein = être vexé <sup>5</sup> kiszárad = vertrocknen = sécher, brûler <sup>6</sup> mindenféle = überallhin = partout <sup>7</sup> záporpatak = Giessbach = torrent <sup>8</sup> elsodor = wegspülen = emporter <sup>9</sup> moccan = nachgeben = céder, bouger



Acropolis seu arx Pergamena ab occidente spectata, reconstructa ab R. Bohn. (Panorama Pergami Berolinense ab A. Kips et M. Koch factum, pag. 45).

currebant. Et ingenti impetu praecipitabantur, at saxum non cedebat. Et indignabatur nubes, quod saxum cedere nollet atque vis fluviorum suorum irrita esset. Et contenta non erat. Clamavit : « Illud saxum validius est me. Illud saxum esse velim ».

Et angelus venit e caelo dicens : « Sit tibi, ut dixisti ». Ex saxum fiebat neque sole lucente nec imbre decidente movebatur.

Et propinquavit homo quidam cum ligone,<sup>10</sup> scalpro<sup>11</sup> acuto, malleo<sup>12</sup> gravi et lapides e saxo excidebat. Et saxum : « Quid hoc », inquit, « sibi vult, quod homo ille potentior est me et lapides excidit e sinu meo ? » Et contentus non erat. « Infirmius sum illo homine », et : « Opto », inquit, « ut ille homo sim ».

Et angelus venit e caelo dicens : « Sit tibi, ut dixisti ». Et lapicida erat et gravi labore lapides e saxo excidebat et strenuissime laborabat et . . . erat contentus.

<sup>10</sup> kapa = Hacke = pioche      <sup>11</sup> véső = Meißel = ciseau  
<sup>12</sup> kalapács = Hammer = marteau

## In museo Pergami Berolinensi.

In capite Germaniae aedificatum est museum Pergami. Nunquam vidi tantam copiam antiquarum rerum, nunquam me tantopere translatum sensi in tempus antiquorum. Quid dicam de catillis,<sup>1</sup> poculis, vasis Ioniis et quomodo ea vobis ante oculos ponam ? Quae sunt ornata imagunculisi<sup>2</sup> ex Iliade et Odyssea sumptis. Omnes fortes Graeciae et fabularum suarum vides hic. Vivos esse putas. Nunquam tantam abundantiam illarum imaguncularum vidi. Omnibus autem longe praestat, quod sequitur : Ingentes columnae cum capitulis,<sup>3</sup> in quibus unaquaque linea artificem celebrat. Folia, flores, claviculae<sup>4</sup> mirabil modo plexae oculos allicit. In porta fori Miletii columbae portant quinque arcus maxima gravitatis. Mercatores et nummularii<sup>5</sup> per portam intrant forum exeuntque. Mendici in gradibus scalae sedent et misericordiam praetereuntium implorant. Plebs in foro clamat et cum mercatoribus disputat et garrit et ridet.

Iam excitamus e somniis ! Venit culmen totius : altaria urbis Pergami montis instar<sup>6</sup> ante nos stant. Ex adverso zophorus<sup>7</sup> ingens deos deasque celebrat : Juppiter, Juno, Apollo, Diana, omnes Olympi incolae figuris divam firmitatem monstrant. Valde doleo, quod nonnullae partes non permanerunt. Altaria ipsa magna ex parte restaurata sunt, qua de causa nova esse videntur. Incredibili magnitudine spectantem tenent.<sup>8</sup> Non potest dici, qualis aspectus oculis detur : Utrumque zophorus altaria ornat, in medio autem gradus subducunt ad porticum, quae super zophorum tectum est. Putares te in mundo fabularum esse. Nonne hic senex sacerdos vénit, ut sacra Jovi faciat ? Mens capta est hac magnitudine et magnificentia. Quasi somnians eo. Athena Polias<sup>9</sup> sequitur imitatione hellenistica. Excellens haec bellicosa dea nobis firmitatem suam sub oculis dicit. Nunc in fine me interrogo : Quid erat pulcherrimum, grandissimum ? Porta Miletii ? altaria urbis Pergami ? Athena Polias ? — Nescio ! Id autem scio : nunquam temporis antiqui adeo veram<sup>10</sup> speciem<sup>10</sup> cepi.<sup>10</sup>

Ric-Schaeffler disc. gymn. cath. Ettalensis (Bavaria).

<sup>1</sup> kis tányér = Tellerchen = petit plat    <sup>2</sup> képecske = Bildchen = petit portrait    <sup>3</sup> oszlopfej = Säulenknau = chapiteau    <sup>4</sup> szőlőinda = kleine Ranke = vrille    <sup>5</sup> pénztáltó = Geldwechsler = changeur    <sup>6</sup> nagyságú = so groß wie ein = gros comme un    <sup>7</sup> képszalag = Fries = frise    <sup>8</sup> lebilincsel = fesseln = fasciner    <sup>9</sup> városvédő = Stadtbeschützerin = protectrice de la ville    <sup>10</sup> helyes fogalmat kap vörösről = eine richtige Vorstellung bekommen von etwas = se faire une idée distincte.

## Quomodo Romani merces commendationibus pervulgaverint ?

Ex periodico « Tükör » intitulato. Scripsit I. Révai, convertit Aem. Láng Keszthelyensis.


Non tantum Romae, sed etiam in municipiis viae et forā industriā ac operā mercatoriā fervebant. Herculanium, credo, excipitur. Quod oppidum Neapolitani fortunis aucti secessus<sup>58</sup> aestivij<sup>58</sup>



1. Mercurius, deus mercatorum (pag. 46).

causā frequentabant, ut recrearentur<sup>59</sup>. Portus Ostiae celebratus, in quem homines ex toto orbe terrarum confluxerunt, tumultu linguae internationales chaotico strepebat, quamquam hic commendationibus negotiabilis vix opus fuit, quod plerumque in tractatoris<sup>60</sup> negotiatorum<sup>61</sup> emptionibus, venditionibus ac permutationibus<sup>62</sup> aliquis negotiis<sup>63</sup> contrahendis<sup>63</sup> operam darent. Eo magis clamoris fuerunt Pompei, oppidum Campaniae, quod sub Nerone terrae motu desedit et sub Tito cineribus Vesuvii prorsus obrutum fuisse inter<sup>64</sup> omnes<sup>64</sup> constat.<sup>64</sup> Viae eius novissime effossae tabernis abundant, imprimis fullonum<sup>65</sup> et tintorum<sup>66</sup> atque furnariorum<sup>67</sup>. Acerbum fuit igitur quandam certamen et maxime opus fuit commendationibus omnigenis. Sed ibi laudes mer-

<sup>58</sup> nyári tartózkodás = Sommersaufenthalt = séjour d'été, villégiature    <sup>59</sup> felüdlni = sich erholen = se rétablir    <sup>60</sup> iroda = Kanzlei = bureau    <sup>61</sup> nagykereskedő = Großhändler = négociant en gros    <sup>62</sup> áruksere = Warenaustausch = échange de marchandises    <sup>63</sup> üzletet köt = Geschäft abschließen = faire des affaires    <sup>64</sup> köztudomású = offenkundig = notoire    <sup>65</sup> kallós (ruhatisztító) = Walker = foulon    <sup>66</sup> ruhafestő = Färber = teinturier    <sup>67</sup> pék = Bäcker = boulanger



2. Venus, patrona Pompeiorum.

cium clarissimā voce non picturis in velis, umbellis et parietibus depictis, non tabulis caelatis praedicabantur, sed a circitoribus. Pompei non fuit urbs magna, tantum municipium, quo victualia non a negotiatoribus comportabantur, sed ab ipsis rusticis dissonos clamores tollentibus ostiati⁹⁸ circumferebantur. Clamor ingens a pomariis⁹⁹, piscatoribus et venditoribus olerum⁹⁹ atque alium⁹¹ cohortalium⁹¹ editus fuit cotidiana musica publica. Dulciarii⁹² quoque vias oppidi circumibant cum furnis⁹³ portabilibus⁹³, qui prunis⁹⁴ referti multas figuris dulcium operum calidas servabant. Ubi cernebantur, pueri puerillaque ac mulieres cuppediarum⁹⁵ appetentes eis circumfundebantur. At opifices et mercatores maiores⁹⁶, qui etiam hic collegia⁹⁷ fecerunt, eisdem commendationibus utebantur atque collegae eorum Romae habitantes. Multa signa tonsorum, unguentariorum, architectorum, pictorum et cauponum supersunt. Sic e. g. noti sunt nobis Aemilius Crescens architector, Lucius pictor, Pinarius Cerialis sculptor gemmarum.

Verecundus, textor et negotiator⁹⁸ pannorum⁹⁸ continuas habebat tres tabernas amplas, quae viam spectabant, super expositas merces protectum⁹⁹ longe procurrebat, ut eas a sole et pluvia teget; officinae intus fuerunt. Ad latera ostii mediae tabernae utrimque antae⁹⁰ erant positae, in quibus imagines religiosae vel ex arte panni fabricandi petitiae⁹¹, erant depictae. Cerneret hic imaginem sacelli⁹² (1.), in quo subvolatulus stabat Mercurius, deus mercatorum, possessionis et lucri, petaso⁹³ et pedibus alatus sinistrā manu caduceum⁹⁴, dexterā saccum⁹⁵ tenuens. In alia pictura (2.) Venus, patrona Pompeiorum curru a quattuor elephantis ducto vehebatur. Juxta deam coronā ornatam manuque sceptrum tenentem lusit Amor, supra in aere genii alati volitabant; in ima pictura sedebat Fortuna cum cornu copiae; ad dexteram partem ipse possessor tabernarum, ut in picturis aetatis⁹⁶ artium⁹⁶ renatarum⁹⁶ donator. Imagines summā arte absolutae oculos deambulantium certissime tenebant eosque ad intrandum alliebant. Verecundus peritus fuisse videtur commendandi. Parietes

aedium referti erant imaginum, quarum una officinam oculis spectantium subiecit, in qua alii lanam carminabant⁹⁷, alii cortinam⁹⁸ vaporantem circumstabant, in quo colores coquebantur, quibus lanas inficerent⁹⁹, ipse Verecundus autem textum scutulatum⁹⁰ colore iam tinctum ostendit. Altera imago, quae, pro dolor, inscriptionibus deformata est, tabernam repreaesentat, in qua diversa tegumenta⁹¹ pedum vendebantur. In scanno sedet iuvenis emptor, pone mensam mercium plenam ministra calceamenta porrigit (3.). Pictura sine textu pro se ipsa loquitur: proba merx, commoda⁹² ministratio⁹².

Ne hodiernus quidem emptor plura vult.

*Continuabitur.*

<sup>⁶⁸</sup> házról házra = von Haus zu Haus = de maison en maison <sup>⁶⁹</sup> gyümölcsárus = Obsthändler = marchand de fruits <sup>⁷⁰</sup> főzelék = Gemüse = légume <sup>⁷¹</sup> baromfi = Geflügel = volaille <sup>⁷²</sup> cukrász = Zuckerbäcker = confiseur <sup>⁷³</sup> horodzható tűzhely = tragbarer Ofen = fourneau portatif <sup>⁷⁴</sup> izzó parázs = glühende Kohle = charbon ardent <sup>⁷⁵</sup> nyalánkságok = Leckerbissen = friandises <sup>⁷⁶</sup> tekintélyes = ansehnlich = notable <sup>⁷⁷</sup> céh = Zunft = corporation <sup>⁷⁸</sup> posztónagykereskedő = Tuchwarengroßhändler = fabricant et marchand de draps <sup>⁷⁹</sup> eresz = Vordach = appentis <sup>⁸⁰</sup> pillér = Pilaster = pilier <sup>⁸¹</sup> kölcsönözni = entleihen = emprunter <sup>⁸²</sup> kis kápolna = kleine Kapelle = chapelle <sup>⁸³</sup> kalap = Hut = chapeau <sup>⁸⁴</sup> hírnökpálca = Heroldstab = caducée <sup>⁸⁵</sup> pénzes zacskó = Geldsäckchen = bourse, sac d'argent <sup>⁸⁶</sup> a művészletek megújhodásának kora = Zeitalter der neuaufliebenden Künste = à l'époque de la Renaissance <sup>⁸⁷</sup> kártolni = kardätschen = carder <sup>⁸⁸</sup> üst = Kessel = chaudière <sup>⁸⁹</sup> megfest = färben = teindre <sup>⁹⁰</sup> kockás = gewürfelt = quadriillé, à carreaux <sup>⁹¹</sup> lábeli = Fußbekleidung = chaussure <sup>⁹²</sup> előzékeny kiszolgálás = zuvorkommende Bedienung = service prompt et soigné

### Epigrammata Latina

Ernesto Traeger commissario publico rerum stenographicarum Hungariae dedicata ex libro «Gyorsírók Naptára az 1940. szökövére.»

*Aevum, qui peperit maius fovitque libellos,  
Me voluit nasci: ad dominum redeo.*

*Edm. Galamb Bp. de libro suo.*

*Penna fugax, fugito! Fulgor sit tardius alis:  
Hungariae nostrae gloria sic paritur.*

*Stephanus Farkas Bp.*



3. Taberna sutrina, in qua tegumenta pedum venduntur.



## Quid de pellicula sciendum sit. (4)

Scripsit *Ladislaus Javorik* disc. Keszthelyensis.

Taenia ex cellulosa paratur et 35 mm lata est. Magnitudo singularum imaginum luce pictarum est  $18 \times 24$  mm. Propter singulas imagines utrumque 4—4 (quaterna) foramina sunt. In apparatu proiectionis<sup>1</sup> pellicula eadem celeritate trahitur, quā in machina pelliculatoria processit. Dum pictura in locum prioris salit, rota perforata luci obstat, sed cum pictura iam ante lenticulum stat, lux per foramen intrare potest. Seriem lenticularum omnibus notam esse credo, quippe quae iam in classe III-a discatur.

Statio secunda progressionis pellicula<sup>2</sup> loquens<sup>3</sup> est. Hanc progressionem narrando lectoribus molestiam non sum allatus, tantum Edisonis mentionem facio, qui voces histrionum<sup>3</sup> gramophone exceptit, quo facto discus<sup>4</sup> in cinematē cum pellicula eodem tempore devolvebatur. Nostris temporibus haec est ratio pelliculae loquentis: vox in fluidum electricum, hoc autem in lucem transformatur, lux in pellicula propter imagines figurit,<sup>5</sup> et cum in cinematē pellicula devolvitur, clavus<sup>6</sup> translucidus fit ita, ut lux eius iterum in fluidum electricum, hoc autem in vocem transformetur.

*Continuabitur.*

<sup>1</sup> vetítőgép = Bildwerfer = appareil à projection  
<sup>2</sup> hangos film = Tonfilm = film sonore <sup>3</sup> színész = Schauspieler = acteur <sup>4</sup> hanglemez = Schallplatte = disque  
<sup>5</sup> megrögzít = fixieren = fixer <sup>6</sup> sáv = Streifen = bande

## De Polonia propugnaculo fidei.

Poloni religionem suam amant, quam defendentes se morti offerre non dubitant. Terra Polonica antiquis temporibus agressionibus paganorum obnoxia<sup>1</sup> erat. Incursiones Getarum divitem et fecundam terram in fumum et cinerem mutaverunt. Hostis ferox igni ferroque pugnabat, segetes vastabat, tempia delebat, homines necabat. Poloni tamen vitam suam, libertatem, fidemque fortiter defendebant, et in terram Polonicam sanguis civium largiter<sup>2</sup> defluebat. Patria nostra propugnaculum fidei nominabatur. De missione Poloniae in defensione fidei hoc exemplum testatur: Rex noster Sigismundus I. qui «Priscus» appellabatur, templum novum suo sumptu fundavit et legatos Romam ad Sanctum Patrem, Pium Quintum misit, qui reliquias cuiusdam sancti ab eo peterent. Pater Sanctus tamen legatos in patriam redire et quantum terrae capi manu posset Polonicae, Romam apportare iussit. Legati cum sacco terrae Romam mox redierunt et ab Sancto Patre coram<sup>3</sup> populo Romano accepti sunt. Ad pedes eius terram ex sacco eiecerunt. Cum Papa partem terrae sumpsit et digitis compressit, exinde sanguis stillaret<sup>4</sup> incepit. Qui ad legatos his verbis se convertit: «Afferte hanc terram regi vestro et dicite, me pretiosiores his reliquiis non possidere.»

*Barbara Rybicka* disc. I. cl. lyc. Cracoviensis.

<sup>1</sup> kitéve = preisgegeben = exposé <sup>2</sup> bőségesen = reichlich = abondamment <sup>3</sup> színe előtt = in Gegenwart = devant <sup>4</sup> cseppeg = tröpfeln = goutter.


## Peregrinations in Superiore Hungaria et Subcarpatica regione.

Scripsit *Car. Acs.*

Patriae nostrae avulsarum si non omnium, at aliquot saltem partium recuperandarum spes, quam usque foveramus et alueramus, hoc tandem anno expleta est. Superioris enim Hungariae oppida celeberrima et notissima — id quod semper ardentissime exoptaveramus, ex nimis diutina, heu!, captivitate et servitute in nostram dicionem redacta sunt. Omnia nostrum corda exspectationis sollicitudine vehementer palpitabant<sup>1</sup> atque cum incerta certa esse coepissent, pectora impotentia<sup>2</sup> laetitia exultabant. Postquam autem sedatas animorum sollicitudines cotidianae vitae liquida tranquillitas exceptit, subiit<sup>3</sup> nos haec loca, quorum amoenitates acta diurna non poterant satis praedicare et nobilitare, visendi cupiditas<sup>4</sup> et subito otii aestivi in regione Subcarpatica consumendi consilium cepimus.

A. d. III. Non. Iunias ex statione centrali proficiscentes Miskole attingentes in oppido Sátoraljaújhely sub montium Tokao—Eperjesiensum in planitiem procurrient radicibus venuste sito descendimus. Habitatores oppidi laetabantur Cechoslovacus exterminatis<sup>4</sup> civitatis suae fines propagatos<sup>5</sup> esse. Sed risum non potuimus continere, cum rivulum Rongyva conspeximus. Etenim hunc, in cuius alveo<sup>6</sup> tenuissima aquila<sup>7</sup> vix fluitare ne

<sup>1</sup> dobogtak = klopfen, schlugen = palpitait <sup>2</sup> lebírhatalan = unbändig = invincible <sup>3</sup> elfogott a vágy = beschlich uns die Sehnsucht = pris du désir <sup>4</sup> kiűzése után = nach Vertreibung = après son expulsion <sup>5</sup> kibővült = sich erweiterten = augmenta <sup>6</sup> meder = Bett = lit <sup>7</sup> vizecske, erecske = Riinsal = ruisseau



J. Sibelius, auctor musicus Finniae clarissimus (natus a 1865).

dicam reptare<sup>8</sup> videtur, navigabilem amnem esse asseverantes<sup>9</sup> pacis<sup>10</sup> conditiones<sup>10</sup> constituentibus<sup>10</sup> turpiter imponere<sup>11</sup> voluisse perhibitentur<sup>12</sup>.

In Sátoraljaujhely biduum cum consumpsisse mus, iter perreximus per interamnanam<sup>13</sup> terram, quae Bodrogköz vocatur et per Csap, Beregszász, Nagyszöllös, Huszt viā ferratā vecti in Taracköz advenimus, ubi de curru vaporato descendentes automobili vectati in Terebesfejérpatak iterum in currum vaporatum inscendimus atque tandem in Rahó, sedem rusticationis nostrae pervenimus.

Rahó, pagus naturalibus amoenitatibus opimus<sup>14</sup> in valle Tibisci longissime est porrectus. Vallis undique montibus saltuosis et altissimis redimitur,<sup>15</sup> per quam fluvius Tibiscus haud procul a Rahó ex confluentibus<sup>16</sup> nigri et albi Tibisci ortus rapido cursu et prono lapsu velociter fertur.<sup>17</sup> Pagus Rahó longissime remotus ab urbano strepitu et anhelo<sup>18</sup> hominum discursu<sup>18</sup> umbrosis abietum silvis, rivis decurrentibus, fontium<sup>20</sup> limpidorum<sup>19</sup>



Pittacia Finnica, quae ab Niilo Kallio directore Helsingissano accepimus.

scaturiginibus<sup>20</sup> imprimis invitat ad otiam. Hinc excursiones suscipiuntur in cacumina montium (Hooverla 2058, Pop Ivan 2026, Pictros 2020 m) iucundissimae, ad fines Polonicos, in oppidum Körösmező et inde in iugum Tatráhágó, ubi multa milia pro patria mortuorum iacent sepulta. Hinc indidem<sup>21</sup> evolatur in salinas Slatinenses, ubi ingens vis salis gignitur.

In valle Tibisci et pago Rahó incolunt Rutheni, gens Hungar is deditissima, morum simplicitate et victus frugalitate excellens. Die Dominicæ<sup>22</sup> vici<sup>23</sup> pagi Rahó incolarum acu<sup>24</sup> picta<sup>24</sup> et versicolori veste late splendentes oculos rusticantium oblectant, qui hac aestate mirum quam multi ex omnibus Hungariae partibus hoc confluxerunt.

*Finis sequitur.*

<sup>8</sup> vánstorogni = sich schleppen = se traîner    <sup>9</sup> állít = behaupten = il prétend    <sup>10</sup> békéfeltételeket szabni = Friedensbedingungen aufstellen = stipuler les conditions de paix    <sup>11</sup> becsapni = hineinlegen = jeter    <sup>12</sup> amint mondjak = wie man's sich erzählt = comme on dit    <sup>13</sup> folyóközi = zwischen zwei Flüssen = entre deux rivières    <sup>14</sup> bővelkedő = reich an = abondant    <sup>15</sup> övezik = umschließen = entouré    <sup>16</sup> összefolyás = Zusammenfluß = rencontre des eaux    <sup>17</sup> rohan = eilt dahin = filer    <sup>18</sup> lihegő lótás-futás = atemloses Hin- und Herrennen = courir à perdre halaine    <sup>19</sup> kristálytiszta = kristallhell = d'une pureté de cristal    <sup>20</sup> forrás = Sprudelquelle = source    <sup>21</sup> ugyanonnán = ebendaher = du même lieu    <sup>22</sup> vasárnap = Sonntag = dimanche    <sup>23</sup> utca = Strasse = rue    <sup>24</sup> kivarrt = ge-stickt = brodé

## De civitate, ubi clave non est opus.

Scripsit Ios. Hivala. Latine reddidit Ios. Guelmino Bp.

Nos, octo Hungari, diurnarii<sup>1</sup>, iter faciebamus aliquando in regno mille lacuum, Finnia. Hospites eramus, et in deversorio<sup>2</sup> quodam capitinis regni, urbis Helsingissae hospitabamur<sup>3</sup> et aliquo die, ut excursionem<sup>4</sup> faceremus ad lacus, convenit inter nos. Mane, cum ad excursionem vestem mutassem, marsupium<sup>5</sup> et sinu<sup>6</sup> exuti vestimenti, ut mecum portarem, eximi. Posui autem non in sinu vestimenti induiti, sed in mensa, ubi obliviose reliqui.

Quod cum in itinere, quingenta milia<sup>7</sup> passuum<sup>7</sup> longe ab urbe Helsinki, animadvertissem, me gavismus esse, nullo modo dici potest. Et quamquam audivi dicere nonnullos, hic, in civitate Finnorum, marsupium sive in media via, sive in sinu, pariter in tuto<sup>8</sup> esse, gaudium meum, quod marsupium meum etiam in mensa hospitii in tuto esset, hac ipsa re tamen aliquo modo turbatum erat. Quia summa, quae in marsupio meo erat, omnia mea bona continebat.

Adii ergo et rogavi proxenum,<sup>9</sup> nomine Krause, qui nobiscum excursionem faciebat, ut rem telephonice nuntiaret deversorio rogaretque, ut pecunia relicta in tutum<sup>10</sup> reciperetur.<sup>10</sup> Proxenus paululum adduxit frontem, vultusque eius obumbrabatur,<sup>12</sup> promisit autem se rem perficere. Et tunc res vere insperata secuta est. Nobiscum erat scilicet protosecretarius<sup>13</sup> Corporationis Diurnariorum Finnorum, senex carissimus Kiiviola, qui, certior factus de re, me aggressus, vultu sollemni rogavit, ne nuntio offenderem<sup>14</sup> illum honestum possessorem deversorii. Illi enim hic nuntius importunus esset, quia cui talis nuntius mittitur, parvi aestimatur.

— Domini, — dixi, — nullo modo rem intelligens, toto mundo ita se res habet, ut, si cui tale quid acciderit, primum sibi hoc faciendum esse censeat.

— Toto mundo, — dixit proxenus, — hoc fieri potest, sed apud nos honestatem amittit possessor deversorii, qui talis esse appetet, ut diurnarii Hungarici, quos amore et honore amplectitur tota natio Finnorum, timeant, ne marsupium, in deversorio relicum, aliquo modo tolli<sup>15</sup> possit. Quaesito, noli hoc facere!

Et cum excursione peracta in deversorium redissemus, in cubiculo meo omnis pecunia in mensa iacebat, intacta, quamquam ne gravolum<sup>16</sup> quidem impositum erat.

Re verâ Finnī omnes proprietatem<sup>17</sup> sanctam et inviolabilem putant. In foris et alibi, ubi multi conveniunt, homines birotas (= bicylos) nullo custode relinquunt, nam in Finnia fures non sunt. Si quis agricolaram in agrum exit, portam non claudit, sed tantum scipione ad portam applicando praetereuntibus significat se non esse domi. Per totam Finniam ubique cistae<sup>18</sup> apertae collocatae

<sup>1</sup> ujságíró = Tagesschriftsteller = journaliste    <sup>2</sup> vendégfogadó = Gasthof = auberge    <sup>3</sup> collocati eramus    <sup>4</sup> kirándulás = Ausflug = excursion    <sup>5</sup> erszény = Börsel = porte-monnaie    <sup>6</sup> zseb = Tasche = poche    <sup>7</sup> mérföld = Meile = lieue    <sup>8</sup> biztonságban van = Sicherheit = en sécurité    <sup>9</sup> vulgo: consulem    <sup>10</sup> biztonságba helyezni = in Sicherheit bringen = serrer, mettre en lieu sûr    <sup>11</sup> összéráncol = runzeln = froncer    <sup>12</sup> elkomorodik = sich verdüstern = s'assombrir    <sup>13</sup> főtitkár = Generalsekretär = secrétaire général    <sup>14</sup> megsért = beleidigen = offenser    <sup>15</sup> eltűnik = verschwinden = disparaître    <sup>16</sup> levélynyomaték = Briefbeschwerer = presse-papier    <sup>17</sup> tulajdonjog = Eigentumsrecht = droit de propriété    <sup>18</sup> láda = Kiste = caisse

sunt, quae chartas illustratas — loca pulcherrima Finniae repraesentantes — continent; viator ipse sibi eligit, quae ei maxime placent et pretium in cista deposito abstulit, neque cuiquam pecuniam surripere in mentem venit. Cum sint in Finnia ingentes silvae, permulti habent, unde commode vivant. Officinae<sup>20</sup> serrariae<sup>20</sup> truncorum arboris in silvis excisarum, qui secundo flumine ad urbes deferruntur, excipiunt extrahuntque tantum, quanto eis opus est, deinde pondere ligni retenti exacto<sup>21</sup> pretium accurate reipublicae — possessori silvorum — solvunt.

<sup>19</sup> anélkül, hogy = ohne zu = sans    <sup>20</sup> fűrésztelep = Sägemühle = scierie    <sup>21</sup> lemér = abwägen = peser



Nicolaus Horthy, Gubernator noster ab omnibus Hungari amatus 20 annis ante cum novo exercitu in urbem Budapestinum sollemniter ingressus<sup>1</sup> est. Regnum nostrum bello mundano, rebellione communistarum, obessione exercitus Rumani debilitatum<sup>2</sup> et conquassatum, mox pace iniustā Trianonicā mutilatum Gubernator noster sapientiā suā in viam consolidationis resurrectionis que reduxit, quare die anniversario XX-o introītus eius omnes Hungari Deum oraverunt, ut hunc

excellentem ducem nobis quam diutissime conservaret incolumem.

**Finnia in diserimine.** Quis nescit proverbium: «Inter duos litigantes tertius gaudet?» Dum Britanni cum Germanis de principatu imperii marium dimicant, Russi, postquam Lituaniam, Lettoniam, Estoniam ad insulas portūs aliaque territoria tradaenda coegerunt, idem etiam a Finnis poposcerunt. Sed fratres nostri septentrionales, quamquam tam pauci sunt (3½ millions contra 180 millions Russorum), malunt arma capere et mori, quam libertate amissā prodere fidem Christianam et culturam Europae. Britanni Francique non audent Finnos defendere, ne Russos quoque hostes habeant, Germani autem, quibus auxiliantibus Finni a. 1917 communistas Russos expulerant, nunc Russos non culpant,<sup>3</sup> ne adjumentum Russiae amitterent. Ceterae nationes Christianae, quin etiam non-Christianae, sed dei<sup>4</sup> cultrices<sup>4</sup> (e. c. Japonenses) consensu<sup>5</sup> suo favent Finnis, nam omnes timent atheorum Russorum communismum. Tempestas hiemalis nivesque Finnis auxilio sunt, nam impediunt, quominus Russi multitudine militum fortunatae utantur. Herodotus pugnam ad Thermopylas narrans de impetu Persarum a Graecis repulso dicit: «Demonstraverunt (Persae) cuvis et non minime regi ipsi (Xerxae) multos esse homines, sed viros paucos.» Quae quasi de Finnis narrarentur! Fratres enim nostri fortissimi Olympiis dilatis<sup>6</sup> nunc peritiam suam non gymnicorum, sed pro patria et libertate dimicandi demonstrant. Quos Deus protegat!


**Nuntii varii breviores.** Rex Italorum, *Victorius Emanuel* anno vitae LXX-o, Mackensen mare-

<sup>1</sup> bevonul = einmarschieren = entrer    <sup>2</sup> megbénít = lähmen = paralyser    <sup>3</sup> hibáztatni = beschuldigen = accuser    <sup>4</sup> istenhívő = gottesgläubig = croyant (en Dieu)    <sup>5</sup> sympathia = elhalaszt = verschieben = renvoyer



Vitéz Nicolaus e nobilibus Horthy, Gubernator Hungariae cum uxore in praedio suo avito aestate praeterita.

schallus Germaniae XC-o expleto gratulationes innumerabiles acceperunt. — *Hitler* Dux pyrobole<sup>7</sup> petitus<sup>7</sup> ipse ante displosionem abiens incolumis servatus est, multi tamen remanentium mortui aut vulnerati sunt. Sicarius<sup>8</sup> exploratus captus-que est. — Expositio in urbe *Turico*,<sup>9</sup> quam 5 per menses 10 millions hominum spectaverunt, clausa



Cuniculus marinus qui magneticus nominatur. Navis appropinquans cuniculum aut antennam eius tangendo, quin etiam rhythmica vibratione motoris vim electricam inducit, qua cuniculus disploditur. Sic permultae naves pereunt, ex quibus nuper «Simon Bolivar» navis Batavica cuniculo diffracta et submersa causa fuit mortis 99 hominum.

est. — *Tibetani* novum Lamam (Lamarum ordine CCCLXI-um), puerum 6 annorum, qui eodem punto temporis natus est, quo prior Lama mortuus est a. 1933, principatui sollemniter praefererunt.<sup>10</sup>

<sup>7</sup> bombamerényletet követtek el ellene = wurde ein Bombenanschlag gegen ihn unternommen = commettre un attentat à la bombe <sup>8</sup> merénylő = Attentäter = l'auteur de l'attentat <sup>9</sup> Zürich <sup>10</sup> beiktat = einsetzen = installer

## De vita atque operibus Arnoldi Böcklin.

Arnoldus Böcklin, Germanico loco ortus, a. 1827 Basilēae,<sup>1</sup> in Helvetica urbe natus est, fuitque vero maximus pictorum praeterit saeculi. Pater eius firmiter<sup>2</sup> obstabat, quominus Arnoldus artibus sese dederit; operā et adsiduo officio matris, favente suadenteque poëtā Guilelmo Wackernagel, Arnoldus in arte pingendi versari potuit. Magnā pertinaciā<sup>3</sup> et summo ingenio, quo erat, brevi in omnibus disciplinis ad artes pertinentibus floruit, fuitque animo menteque tam studiosā artium liberalium, ut vere «vir lectissimae elegantiae» appellari posset. Studia exercuit in urbe «Düsseldorf» magistro praeclarō Ioanne Guilelmo Schirmer usus, deinde Turici<sup>4</sup>, in Helvetica urbe, posthac unā cum Rudolpho Koller, bestiarum pictore, iter in Belgarum regiones fecit. Rursus in Helvetiam rediit atque Genevae scholam clarissimi magistri Alexandri Calame frequentavit. Postquam Parisios venit, interfuitque rebellionibus populi (a. 1848), quae videlicet animum eius tetigerunt, denuo Basilēam reversus, pinxit pulcherrimas imagines Alpium nostrarum.

Anno 1850 Romā petivit, sicut illo tempore omnes insignes pictores solebant.

In «Urbe immortali» amicitiam iunxit cum nonnullis scriptoribus atque illustribus viris Germanicis, qui iam tunc Romae erant.

Monumenta antiquae artis virtutisque exempla praebebant omnibus eius operibus, atque ipsa magnitudo ipsaque religio eius arti maxime faverunt. Tabulae pulcherrimae, quas tunc Romae perfecit, coloribus, claritudine superant aliorum

<sup>1</sup> Basel = Bâle <sup>2</sup> valde <sup>3</sup> diligentia <sup>4</sup> Zürich



Helsingissa, caput Finniae. Nunc ex 300,000 incolarum tantum 50,000 remanent urbem defensuri (pag. 49).



Imago Arnoldi Böcklin ab se ipso picta (1872).

enter tulit; iam timebat, ne sibi miseriā pereundum esset, cum pulcherrimam edidit tabulam «Pan in arundinetō» et fama eius rursus perluxit, maximis viris illius temporis animum movens. Tunc pinxit etiam «Dianam venatricem», quae unum ex summis operibus eius est.

Fuit posthac Neapoli et Pompeiis, ubi magnā admirationē<sup>7</sup> vetustorum monumentorum praeteritiae aetatis affectus<sup>7</sup> est. In Helvetia postea maximas assecutus est laudes opera perficendo, quae etiam nunc in palatio communalī Basileae adspiciuntur. Tabulae pictae vere «famosae» appellandae sunt, «Ver amoris», «Pugna Centaurorum», «Monstrorum specus», «Pietas», «Piratarum impetus». In Italia, Florentiae quoque nonnullos moratus est annos; sunt huius temporis celeberrimae tabulae, quae «Insula mortuorum», «Nemus sacrum», «Elysi Campi» inscribuntur.

Extremam vitæ aetatem ad Florentiam egit, in colle Faesulano, ubi constanter in arte versatus est usque ad ultimos dies. Anno 1895 animum efflavit. Laurentius Bolzani disc. lycei Lucanensis.

<sup>5</sup> balsors = Missgeschick = infortune    <sup>6</sup> nádas = Schilf = cannaie    <sup>7</sup> admiratus est.

## Quae placeant, responsum.

Tota pulchra es, Juventus,  
Tota semper hilaras,  
Pulchritudine detentus  
Ago Tibi gratias!  
Apparitione mensem,  
Qui vacat, quam doleo,  
Sicut miles posco ensem,  
Quocum pugnam subeo.  
Tam perverse in hoc mundo  
Multi prave dimicant,  
Qui pectori in profundo  
Puritate careant.  
Juvenes et illi viri,  
Quos Juventus edocet,  
Mores appetunt requiri,  
Quorum bonus indiget,  
Verum fortē sapientem,  
Neque agunt irritum,  
Sempiternum et clementem  
Sanctum colunt Spiritum.

magistrorum opera, ex quibus «Centaurus», «Nympha», «Diana ad fontem», «Pan in silvis» non Romae, sed Bero-lini et Monaci hodie servantur.

Romae Angelam Pascucci cognovit uxoremque duxit, quae quidem eum semper dilexit et sustentavit magno animo in rebus<sup>5</sup> adversis<sup>5</sup> (nam 14 habuerunt liberos). In Germania affec-tus est gravi morbo una cum duobus filiis, magnamque calamitatem pati-

Moderator ergo perge  
In virtutis opere,  
In divinum corda verge,  
Nec tu lector desere!  
Pulchritudine detentus,  
Tota semper hilaras,  
Tota pulchra es Juventus,  
Ago Tibi gratias!

Flescarolus Reichenauensis.

## Mendacium perlucet<sup>1</sup>, si inspexeris.

Anno MCDVI. factum est, ut mercator quidam in Francofurtum<sup>2</sup> ad<sup>2</sup> Moenum<sup>2</sup> ad mercatum<sup>3</sup> equitabat inque itinere manticam,<sup>4</sup> in qua DCCC aureos<sup>5</sup> secum tulit, amisit. Faber quidam manticam repartam domum tulit, quam unā cum pecunia servabat, si quis eam quaerat. Sequenti dominicā parochus<sup>6</sup> vicanus ex cathedra<sup>7</sup> praedicavit: «DCCC aurei amissi sunt. Si quis repertos domino iusto reddat, centum aureos dono accipiet». Faber non fuit in templo. Meridie inter prandium coniunx eius aureorum amissoris mentionem fecit. Tunc vir manticam et aureos mulieri ostendit. Deinde ad parochiam<sup>8</sup> properavit et parochum rogavit: «Estne verum, illum centum aureos accepturum esse, qui aureos repertios<sup>9</sup> domino iusto reddat?»

Parochus annuit. Faber dein rogavit eum, ut dominum iustum venire iuberet, quia pecunia adest. Mercator advenit et pecuniā numeratā quinque aureos fabri obiecit dicens: quinque aureos tibi dono do, quia tu iam centum ademisti, itaque ipse tibi praemium tribuisti: mantica CM aureos continebat. Faber negavit se ullum aureum admisse. Lis praetori commissa est.

Praetor rogavit mercatorem: audesne iurare te CM aureos amisisse? Mercator iuravit. Dein fabrum rogavit: audesne iurare te tantummodo DCCC aureos repperisse? Faber quoque iuravit. Iudicium fuit: mercator (qui iuravit se CM aureos amisisse), quaerat sibi hominem, qui CM aureos reppererit. Faber autem (qui iuravit se DCCC aureos repperisse), pecuniā utatur, dum veniet, qui DCCC aureos amiserit.

<sup>1</sup> átlátszó = durchsichtig = transparent    <sup>2</sup> Majnai Frankfurt = Frankfurt a. M. Francfort-sur-le-Mein    <sup>3</sup> vá-sár = Messe = foire    <sup>4</sup> általvető = Mantelsack = bissac    <sup>5</sup> aranypénz = Goldmünze = pièce d'or    <sup>6</sup> plébános = Pfarrer = curé    <sup>7</sup> szószék (ecc.) = Kanzel = chaire    <sup>8</sup> plé-bánia = Pfarrhaus = cure    <sup>9</sup> az úton talált = auf d. Straße gefunden = trouvé sur la route



Calypso frustra Odysseum retinere vult.  
Pinxit A. Böcklin a. 1883. (Museum urbis Basileae).

## LECTORIBUS MAIORIBUS.

### De collegio Italico-Hungarico. (2)

Scripsit Benedictus Tihanyi OSB (Pannonhalma).

Post archiabbatem *Valentinus Hóman*, minister cultus et publicae institutionis orationem habuit. «*Testem veterum connexum Italico-Hungaricum — incipiebat, — hoc monasterium esse in S. Monte Pannoniae verum est. Si memores sumus factorum praeteriti temporis historici, fundatio huius monasterii apud nos Hungaros introductio nem cultus atque humanitatis Europae Occidentalis, culturae Latinae in patriam nostram significavit, et ordine tunc vigenti ecclesiastico accepto: introitum spiritus Occidental, id est spiritus Italici, qui aliis rationibus animi ab Occidente influentibus ac rationibus spiritualibus antiquis pretiosis Hungarorum coalescens excoluit culturam patriae Hungariae. Hoc monasterium, — inquit — iam CMD annos est testis illius stabilis et interni connexus, qui Hungariam terrae antiquissimae Italiae coniungit. E primo momento, quando Benedictini hic apparuerunt Romā: e monasterio *S. Bonifatii* et *Alexii* profecti, et advenit etiam primus abbas monasterii *Anastasius* — ut scimus, Italicae originis, — connexus inter Montem S. Pannoniae et Romam, Urbem sacram, nec non Montem Cassinum, firmus erat et stabilis. Hic connexus Italico-Hungaricus in historia nostra continuus est.» Deinde hoc institutum monumentum gratiarum actarum esse *Duci Italiae* et ministro e comitibus *Ciano* explicavit. Mox spem se habere dixit scholā novā amicitiam Italorum et Hungarorum mutuam firmatum iri. Demum classem primam, discipulos parvulos adlocutus est: «Maxima officia expectant vos, filii carissimi. Officia, quae intelligere hodie nondum potestis, Sed memoria tenete facta et dicta huius diei, et in*

omne tempus servate animis vestris: *amicitiam Italorum et Hungarorum non mutabilem rationem civilem, sed necessitatem esse historicam*, quae parumper praetermitti quidem potest, at iterum atque iterum sponte sua resuscitatur et operatur, qua necessitate historicā haec familiaritas per multa saecula vigens — magna, gravis, historica amicitia efficiebatur.» — Postremo rogavit legatum Italicum e comitibus *Da Vinci*, ut salutationem nostram reverentiae plenissimam ministro et comitibus *Ciano* traderet, de quo (ciusque patre) gymnasium novum connexibus Italorum et Hungarorum augendis destinatum nomen accepit.

Omnes deinde studio maximo auscultabant orationem *legati Italici*, qui primum asseruit ministrum e comitibus *Ciano* dolere, quod sollemnibus adesse non posset, deinde declaravit. *amicitiam nationis Italicae firmissimae amicitiam veram esse*, postremo sperare se dixit, fore ut institutum novum unitatem animorum, culturae, sensuum finiumque et Italorum, et Hungarorum corroboraret.

Discipuli novae scholae carmina de *Roma* et de *Pannonhalma* declamaverunt. Sollemnia pulcherrima hymno nationali Hungarorum et modulatione incedendi *Rákócziiana* finita sunt.


*Finis.*

### Vivum Latinum.

#### De lingua latina mediatrice inter Hungariam ceterasque nationes.

«Carissimi auditores et auditrices! Ex quo primus rex noster, Sanctus Stephanus, cum populo suo ad fidem Christianam transiit, lingua latina, celeriter in Hungaria divulgata est et per plus quam octo saecula omnes erudit Lingua Latina utebantur, quae internationes Christianas mediatrix certa erat. Quantopere humanistae Matthiae regis linguam excollerint, quis ignorat? Franciscus Rákóczi princeps non solum ephemeredem suam *«Mercurium veridicum»* intitulatam latine edidit, ut externae nationes scirent, cur Hungaria pugnaret, sed etiam commentarios de vita sua latine scripsit. Etiam Maria Theresia contra hostes latine imploravit auxilium ab Hungaris, qui tum latine exclamaverunt: «Vitam et sanguinem pro rege nostro Maria Theresia». Tum nondum controversiae in Hungariā inter nationes minoras et Hungaros ortae sunt, nam nobiles omnes et Hungari et Slovaci et alii, lingua Latinā conjuncti, jura sua communia viribus unitis contra potestatem dynastiae defendenda esse putabant.

Anno 1822 Franciscus imperator Austriae magnum exercitum in Italiā misit, qui Magnum Ducem Modenae, Franciscum IV-um in opprimen-



Val. Hóman minister orationem habet in Sacro Monte Pannoniae (luce pinxit G. Dobos Jaurinensis).



Bibliotheca centralis Ord. S. Ben. 300.000 librorum continens in Sacro Monte Pannoniae.

dis Italiam adjuvaret. In hoc exercitu fuerunt etiam aliquot legiones Hungaricae, in quibus clam libelli latine scripti dividebantur cum allocutione: «Strenui milites Hungari!» Auctor incognitus in hoc libello hortatus est Hungaros, ut memores libertatis a majoribus traditae, Italiam se adjungerent et contra hostem communem pugnarent. Duplex causa est, quod hunc libellum memorandum esse putem. Nam tum primum collaborationis Italorum Hungarorumque mentio facta est. Sed id quoque magni momenti est, quod illis temporibus Itali — sicut etiam aliae nationes — Hungaros omnes linguae Latinae peritos esse putabant. Attamen milites nostri, magna ex parte agricolae rustici, nunquam linguam Latinam didicerant, quare neque hunc hunc libellum intellexerunt, neque Italos adjuvare potuerunt. Sed nobiles atque cives erudi illius aetatis magna volubilitate latine loquebantur, nam etiam libri in usum scholarum magna ex parte linguā Latinā scribebantur.

Tamen proximo decennio, cum etiam in comitiis regni usus linguae Latinae magis magisque removetur, in nostris quoque gymnasii ars loquendi paulatim neglegitur, et ars scribendi minus, quam ars legendi colitur. Exeunte saeculo undevicesimo homines semper utilitatem quaerentes studium linguarum antiquarum non satis aestimabant. Nonnulli etiam eruditorum linguam Latinam ex scholis funditus extirpare voluerunt. Quibus conatibus barbaricis anno 1910 primum obviam itum est. Tum enim condita est ab Societate Magistrorum Catholicorum Hungaricā ephemeris Latina, quae inscribitur «Juventus», in usum studiosae juventutis. Et paulo post condita est Societas Amicorum Litterarum Humanarum Hungarica, quae breviter «Parthenon» nominatur. Ambae societates optime de studiis Latinis propagandis meritate sunt. Ephemeris «Juventus» per brevi multos lectores etiam extra Hungariam

habuit, itaque non solum vigor immortalis linguae Latinae demonstrata est, sed etiam multae nationes, quae antea nos Hungaros non satis noverant, aut omnino ignoraverant, certiores facti sunt de vita et moribus nostris.

Post bellum mundanum mox doctissimus grammaticorum Francogalliae, professor Meillet declaravit haec: «Populus, qui linguam Latinam scholis suis excludit, delabitur eodem, quo Russia Sovjetica, scilicet excludit se communitate culturale et humanitatis nationum eruditarum Europae.» Hac declaratio monitae iterum plus quam triginta civitates latinitatem in scholis colunt, cuius usus internationalis paulatim magis magisque reviviscit. *Motus neolatinus* nominatur conatus eorum, qui student linguam Latinam usui internationali adaptare. Centrum et spiritus rector hujus motus neolatini est in urbe Roma «Istituto di Studi Romani», cuius patronus, Victorius Emmanuel imperator et rex, praeses autem honorarius Mussolini Dux, et auctoritate suā et pecuniā adjuvant hos conatūs.

Ita fit, ut in conventiculis internationalibus orationes Latinae iterum incipient audiri. Sic in Congressu juris canonici Romae habito multo maxima pars oratorum latine disseruit, in quibus Justinianus Cardinalis Serédi et Josephus Stolpa secretarius status orationibus latinis laudem Hungariae attulerunt. Nuper, cum universitas Pázmányiana tertium centenarium celebraret, ab academiis aliasque institutis externis plus quam septuaginta gratulationes advenerunt Latinae, auditores autem sollemnium a Cardinalibus Serédi et Innitzer, item ab Julio Kornis Rectore Magnifico et aliis, latine salutati sunt. Postea, cum trigintaviri Cooperationis Intellectualis ab Societate Nationum delegati de studiis humanisticis hominis moderni in urbe Budapestino deliberarent, professores Haleczki Polonus et Ussani Italicus.

deinde Helena Vacarescu Rumana et Paulus Valéry Francogallus lingua latina utebantur. In congressu Eucharistico Budapestinensi praeter Cardinalem Pacelli aliosque pontifices Carolus Szendy magister civium et Bela Kenéz rector Universitatis latine locuti sunt.

Lingua latina recentioribus temporibus etiam in scriptis saepe colitur. Litterae officiales, quas universitates nostrae et extraneae inter se dant et accipiunt, saepissime latine scribuntur. Praeter philologos etiam historici et medici et alii quoque opera sua, usui internationali destinata, latine componere solent. Quorum hic liceat, proferre Albinum Gombos,<sup>1</sup> Julium Gyomlay,<sup>2</sup> Emericum Szentpétery,<sup>3</sup> Eduardum Mészáros,<sup>4</sup> Ludovicum Nékám,<sup>5</sup> Ladislaum Benedeffy,<sup>6</sup> etc.

Omissis operibus narrativis carminibusque latinis, quorum habemus magnam multitudinem, nunc tantum Bela Szabó memorandus est, cuius «Liber miserorum» quinquaginta imagines xylographicas cum titulis latinis continent, itaque intelligitur ab omnibus nationibus. «Carmina Horatii selecta ad melodias aptatas» ab Societate Amicorum Litterarum Humanarum Hungaricā ad Bimillennium Horatianum digne celebrandum edita sunt. Inter auctores harum melodiarum numerandus est etiam praeclarissimus Zoltanus Kodály noster, itaque melodiae Horatianae et in Europa et in America cantantur. Etiam opera musica pulcherrima Ernesti Dohnányi et Zoltani Kodály «Ruralia Hungarica» et «Psalmus Hungaricus» titulum ab auctoribus illustribus acceperunt latinum, qui ab eruditis hominibus ubique intelligitur.

Similiter monumenta, inscriptionibus latinis ornata, quasi sub specie aeternitatis facta esse evidentur. Quae cum ita sint, pontem Horthyánum, Francisci Rákóczi principis et statuam equestrem Budapestinensem et tabulam memorialem, muro ecclesiae cathedralis affixam in urbe Cassovia, (tum a Cescoslovacis obsecrā), item tabulam memorialem in aedificio Genevensi, ubi Albertus Apponyi mortuus erat, inscriptionibus latinis ornatas esse, quis mirabitur?

Multo tamen maioris momenti sunt ephemerides latinae, quarum numerus in dies augetur. Ephemerides ecclesiasticas permultas, quia tantum in usum sacerdotum eduntur, nunc omittendas esse puto. Ephemerides latinae profanae saepe patriae nostrae mentionem faciunt exempli causa: «Alma Roma» in Italia, «Lygia» in Polonia, «Societas Latina» in Germania, «Palaestra Latina» in Hispania, «Solatium Animis» in Lituania, «Nuntius Latinus» et «Auxilium Latinum» in America, et ceterae. Collaboratores et lectores ephemeridum latinarum omnes fraterna concordia id agunt, ut nationes vinculis reverentiae et amicitiae mutuae inter se conjugantur.

Magna est publicitas orationis, major typographiae, sed maxima et velocissima est vocis radiophonice missae. Missor radiophonicus Budapestinensis non primus aliorum experitur divulgarē linguam latinam. Cum igitur nunc Societati Radiophonicae nostrae gratias ago maximas nomine Societatis et Magistrorum Catholicorum et Amicorum Litterarum Humanarum, sed etiam nomine amicorum latinitatis omnium, pro admissione vocis latinae, velim sperare fore; ut — sicut Livius dicit — «longus post me ordo sit idem decus potentium».

Salutem plurimam dico amicis Hungariae et linguae Latinae omnibus. Valete!»

<sup>1</sup> Catalogus Fontium Historiae Hungaricae. Budap. 1937—1939. <sup>2</sup> Acta latina Universitatis Elisabethinae. Quinquecclesiis 1936. <sup>3</sup> Scriptores rerum Hungaricarum. Budap. 1937. <sup>4</sup> Qua ratione Anonymus Hungarus in conscribendis gestis suis Sacra Scriptura usus sit. Quinquecclesiis 1936. <sup>5</sup> Deliberationes Congressus Dermatologorum Internationalis IX-i. Budap. 1938. <sup>6</sup> Fontes authentici itinera Fr. Juliani illustrantes. Budap. 1937.

\*

**Recitatio latina radiophonica** Budapestinensis die 15 m. Nov. habita a multis lectorum nostrorum audita est, quam quia nonnulli litteris ad moderatorem missis in «Juventute» edendam esse scripserunt, supra publici iuris fecimus.

Recitationes latinas radiophonicas stabiliendas urgent litteris Otto Schmied — Vindobona, Theodorus Dobrzanski — Zug (Helvetia), Thomas Rados — Pannonhalma, Ludovicus Hásing — Kisújszállás, Carolus Flesch — Reichenau, Oscarus Elek, Josephus Kollinszky, Franciscus Turányi — Budapest, etc.; alii multi voce declaraverunt assensionem, e. c.: Josephus Révay, Andreas Zibolen, Michael Módi, Nicolaus Rácz, Margaretha Szalkay, Carolus Ács, Andreas Horváth, Desiderius et baronibus Brandenstein, etc. Ut *Ladislaus Szabó dr.*, praefectus classis litterariae Societatis Radiophonicae item fautor peritus latinitatis dicit, proxime *Nicolaus Szabó dr.* «De collegio Eötvösiano» latine recitatib (mense Jan.).

### Alexander Petőfi: Homerus et Ossianus.

Latine reddidit Vincentius Bors Szegediensis.

*Quaeras, ubi sint Hellenes et ubi Celtae? Illi evanuere, velut duo oppida, quae fluctus marium devorant, quorum modo summae extant mari tress. Haec culmina: Homerus et Ossianus. Mendicus erat is, hic filius regis. En quale discrimen! Re una tamen similes: nam caecus uterque fuit. Forsan oculorum eis lumen ardor animorum et gloriae splendor eorum adimebant?*

*Ingenia magna! Manu magica cum nervos fidium tetigere, ut verbum Dei, mundum creant homini et mirabili forma et maiestate stupendum.*

*Auditis Homerum? Illius in carmine caelum est risus placidae aeternus laetitiae lenis, ex quo loco purpura eoa solisque meridiani aurum se tam comiter fundit desuper ad flavas maris undas atque in medio ad vireta insularum, qua cum genere humano dei ludunt conjuncti beati ludos tibi, dulcis amor!*

*Et cernitis Ossianum illic? Terra in nebulosa maris septentrionalis super scopulo vasto cum tempestatibus una carmen canit horrida nocte, et luna oritur, ut sol occidens, tam sanguinea fulgere fero saltum obruiens, in quo multi catervatim errant pugnae loco caesorum heroum tristissimi manes.*

*Quodcumque serenum, quodcumque florens est, in carmine, mendicūm princeps, tuo, Homere! Et quidquid atri est, quodcumque desertum, in carmine, successor regius, tuo, Ossiane!*

*Vos perpetuo cantate, divinis in fidibus pellite nervos, Homere et Ossiane! O saecula labentur et*

*annorum milia, proterent ea omnia dure, sed estis sanctissimi eis vos! Mors pallida spiratur ab iis ad omnia, tantum corona manet viridis vobis capitum cōnorū.*

## De amore patriae.

Pars «Sanctissimi Domini Nostri Pii divini providentia Papae XII litterarum encyclicarum ad venerabiles Fratres, Patriarchas, Primates, Archiepiscopos, Episcopos aliosque locorum Ordinarios pacem et communionem cum Apostolica Sede habentes». (Ex «L'Osservatore Romano», 28 Oct. 1939, num. 354).

Hic vero animadvertisendum putamus fraternalē universalisque necessitudinis conscientiam, quam christianaē doctrināe praecepta in animis excitant ac refovent, non amorem aversari erga patriae cuiusque suae memorias gloriasque; neque prohibere quominus auctior usque prosperitas ac legitime potiunda bona promoveantur, quandoquidem ēādem doctrinā edocemur Deum ipsum in exercenda caritate rectum statuisse rerum ordinem, ex quo impensius ii adamandi sint, uberioribusque bene factis donandi, qui peculiaribus sint vinculis nobiscum copulati. Hoc Divinus ipse Magister ex sua agendi ratione patefecit, cum potiore amore erga patrium solum exarist, atque imminentī Urbis Sanctae ruinae maestissime illacrimavit. At patria caritas, iure meritoque alenda, christianaē in universos homines caritatis praecepto non obstet, non officiat, quod ceteros quoque omnes eorumque profectus in pacifera amoris luce collocat.

## Librorum recensio.

**Breviarium Grammaticae Latinae.** (Rövid Latin Nyelvtan), auctore dr-e Francisco Turányi. (Ex officina multiplicanti E. Vörösváry, Budapest, IV. Múzeum-körút 13.)

Hic libellus omni ex parte exspectationibus meis respondet. Auctor ex meā mente loqui videtur, ac si discipulus meus fuisset. De quo opusculo certa fide affirmare possum: «Hoc erat in votis.» Licet breve sit (ex 68 paginis constat), tamen clarum omnino planumque est, quare non perperam affirmaverim haud ullum opus eiusdem generis clarius vel subtilius inveniri posse. Quod si ego concinnavisse, nihil huic addidisse vel subduxisse. «Non plus ultra, et his non minus.» Ad quem libellum praecepit huncque exquisitum collegae meo eventum optabilem sincero animo precor. *Ladislaus Révész* O. S. P. Sátoraljaújhely.

**Kormányzónk.** Vitéz nagybányai *Horthy Miklós* rövid életrajza. Irta: *Magyar Kelemen*. Budapest, 1939. Kir. Magyar Egyetemi Nyomda. — Nunc, cum divina providentia concessit, ut Gubernator Hungariae secundum iam decennium sollemnitas sui adventus in Budapestinum expleret, hoc curriculum vitae omnibus carum acceptumque erit. Narratur de pueritia et iuventute eius, de primis muneribus, quibus functus est, dum legatus a latere Francisci Josephi I-i regis, deinde classis praefectus et postremo summus dux et Gubernator patriae nostrae fieret. Imagines 48 luce pictae, quae biographiae 62 paginarum praecipua arte religatae adduntur, augent libri pretium affectionis et meritum auctoris.

**Curiosa.** Noch einmal lateinische Sprachspieleien, gesammelt und erläutert von *Dr. Hans Weis*. München—Oldenbourg. 1939. Verlag R. Oldenbourg. — Doctus facetusque auctor libro, qui inscribitur «Jocosa» (recensionem vide: Iuv. pag. 78 anni 1938/9), tantopere ab lectoribus approbatus est, ut novam materiam huius novi libri 104 paginarum partim ab lectoribus acciperet, partim ipse sibi ex aptis fontibus — Seyboldus, Klein, Fendius, Moscherosch, Philippi, Wandraeus, Genthe, Ebelus, Calspirius, Banhusius, Calenbachius, etc. — colligendam esse putaret. Exempli causā citentur quedam ioca:

1. Inscriptio mysteriosa: DIC·ACETA·DILECTI·REVISI. Solutio: Die Katze da, die leckt ihre Füße a. — 2. Translatio ridicula: Tanta mea gratia est = Meine Tante ist eine Grazie. — 3. Narratiacula: Adulterator monetae, cum penderetur, dixit: «Heu me miserum, nunc pendar, quia Deum laudavi». (Etenim in nummis adulterinis inscriptum erat: «Sit nomen Domini benedictum».)

Ex his tribus disce omnes. Lectores ephemeredum latinarum maxime iocis delectari constat. Quare non dubium est, quin etiam hic liber permultos habiturus sit et lectores et laudatores. Pretium 1.60 R. M.

## Permutatio<sup>1</sup> pittaciorum<sup>2</sup>.

*J. Berkvens* (Elzentlaan 13, Eindhoven, Nederland) pittacia suae patriae permutare optat pittaciis hungaricis. Qui igitur permutare volunt, scribant ad domicilium eius.

<sup>1</sup> csere = Tausch = échange    <sup>2</sup> helyeg = Briefmarke = timbre-poste



Censor aenigmatum: *Otto Schmied* Vindobonensis.

## Solutiones aenigmatum numeri II.

1. pono, oras, nans, Ossa.
2. cara, cura, cera, Cora.
3. sol, ora, lac.
4. vae, errare, nemo ante, inter arma, vox populi, in dubio, dulce et, in medio, Vare, Vare, in vino, condicio, in hoc: Veni, vidi, vici.

**Aenigmata recte dissolverunt:** In Hungaria: H. Korompay, G. Margittay, J. Pukánszky, E. Somogyi, H. Turner, S. Wittinghof, P. Cholnoky, G. Kerényi, J. Németh, B. Elekes, M. Pieke, G. Schlosser, I. Vaszkó, I. Fáy, M. Bartha, K. Göbler, K. Horváth, M. Kertész, I. Ruitz, M. Bronts, E. Madocsay (*thygatrogymn. Szilagyanum*), G. Moldoványi (*Werbőczyanum*), S. Székely, J. Páloly, M. Mayer, S. Faluhelyi (*gymn. Archipeisc*), A. Tauszig, V. Imhof, S. Mittelmann, M. Klein (*thygatrogymn. Veresianum*), P. Tolnay (*Sch. Piae*), I. Mosonyi, H. Regula, B. Tokayer,

H. Gátszegi, E. Tamás, Th. Weiss (*Giselanum*), G. Gonda, A. Lajta, Fratres Pál, G. Révész, M. Szabó, F. Szakács, R. Wimmer, O. Budai, G. Gárdos, L. Bárány, A. Fenyes (*Bolyayanum*), O. Schell (*Theresianum*), P. Konrád, C. Remenyik, G. Sárosdy (gymn. *IPEA*), M. Grabits, I. Scultéty, E. Ádám, E. Boross, T. Follmann, M. Hajdú, G. Jálcs, M. Koltai, E. Kováts, M. Kühne, E. Ollé, M. Piller, M. Pruscha, H. Scholz, I. Scultáty, M. Tölggyessy, E. Töttösy, K. Zufalvy, C. Hollósy, J. Dessewffy (*Sophianum*), S. Löwy, C. Szántó (*thygatrogymn. Zrinyianum*), G. Tauszig, R. Schäffer (*Madáchianum*), L. Hitesy (*Americanum*) *Budapestinenses*. M. Solti (*Csepel*), S. Huszár (*Csurgó*), C. Zempléni (*Debrecen*), A. Mertusz, G. Vongrey, Z. Babocsay, S. Csánk, A. Halka, S. Kakuk, S. Péteri, N. Simon, D. Szentgyörgyi, P. Szontágh (*Eger*), S. Hatvani, O. Waldner, L. Medve, J. Szó, A. Székely (*Gyöngyös*), J. Balázs, S. Börcsök, C. Imgrund, A. Kaplár, C. Lehoczky, R. Zalán, S. Zsembery, S. Horváth, A. Amstadt, P. Balázs (*Kiskúnhalas*), L. Hársing (*Kisújszállás*) F. Horváth, E. Balogh, Gy. Gósy, E. Horváth, C. Mészáros, M. Vély (*Kőszeg*), M. Palotay (*Mezőkövesd*), B. Légrády, E. Borsay, S. Ember, H. Faragó, J. Kner, G. Sikolya, E. Tóth (*Mezőtúr*), classis II B, P. Hulyák, L. Sloczár, F. Somogyi, F. Hortai (*Miskolc*), J. Török (*Pécs*), E. Kohn, A. Tóth, M. Bella, E. Gyopáros (*Sopron*), A. Hetényi (*Sümeg*), M. Kónya, L. Pintér (*Szombathely*), L. Tamás, E. Földvári (*Veszprém*). — In Batavia : G. Steenhof, W. Wenstedt, W. Broek, A. Burgt, G. Hoven, P. Vette, J. Vossen, L. Berndsen (*Kaatsheuvel*). — In Helvetia : M. Zeier, Ae. Ghirlanda (*Lugano*). — In Germania : A. Botik, E. Forster, E. Pelouch, H. Weisz *Vindobonenses*.

Praemium sorte Evae Somogyi, Stephano Székely, Verae Imhof, Helena Gátszegi, Gabrieli Révész, Olgae Schell, Catharinae Hollósi, Ladislao Hitesy, Antonio Mertusz, Ladislao Medve, Stephano Zsembery, Francisco Horváth, Sarae Ember, Paulo Hulyák, Josepho Török, Antonio Tóth, Ladislao Pintér, Emerico Földvári, Joanni Heddes, Aelio Ghirlanda, Evaldo Forster, Geysae Tausig obvenit.

#### 1. Quinque exstant litterae:

Prima C,  
Quinta T,  
Mediam vocamus P.  
Inter eas si vocales  
Recte tu posueris,  
Id habebis, quo aenigma  
Solo bene solveris.

*Ioannes Kerling S. J.*  
prof. gymn. Quinqueecclesiensis.

#### 2. Quadratum magicum.

1. 2. 3. 4.

1.				A	A	A	A
2.				A	D	D	I
3.				I	M	Q	Q
4.				T	V	V	V

3.

$$\frac{\text{Summus}}{\text{orum}} = \text{Ju } \pi \times 3$$

*Idem.*

1. Quid est in Danuvio?
2. Saepe sic interrogo.
3. Quid est nobis cunctis carum?
4. Primus incola terrarum.

*O. S.*

#### 4. Salutatio e Batavia.

(numeris)

11 9 2 3 4 1 2 7 10 — 5 9 6 7  
8 4 9 4 5 10 — 10 3 12 9 4 3 13 9 10


#### Vocabula auxiliaria:

1 2 3 4 5 1	Ab oratore haec habetur.
6 7 8 4 9 10	Ab hoc frons arborum movetur.
11 9 12 13 7 8	Aestate abs te ascendetur.

*Antonius de Valk*, disc. Kaatsheuvelensis.

*Nota.* Lectoribus minimis : 2, mediis 1, 3, maioribus 4. — Quisquis aenigmatum tot solvat, quantum potest. Etiam unum solum aenigma solventibus praemium petere licet. Discipuli eiusdem scholae solutiones a professore suo collectas in communis involucro epistulae ad moderatorum J. Wagner, (Budapest, XI., Lágymányosi-utca 20) mittant.

#### Terminus solutionum : Calendae Februariae.



**Corrigenda numeri II. (Oct.)** : pag. 18 : pro «garrulus» lege : garrula ; — numeri III. (Nov.) : pag. 34 : pro «mentem . . . meum» lege : mentem . . . meam ; — pag. 37 : pro «Collegiae» lege : Collegii ; pro «abrogata» lege : abrogatum ; pag. 38 : pro «charistia» lege : eucharistia ; pag. 39 : pro «Iuventutem qui» lege : Iuv. quia. — *H. Molenarius* scribit: In carmine, quod latine reddidi (num. 9—10, pag. 135) est erratum interpretis : pro «Dolores» lege : Tempestas.

*L. Korponai.* Solutiones numeri II sero accepi. — *St. Hatvani.* Aenigmata, quae plumbō scrisisti, difficile legi possunt. Alias atramento utere. — *J. Tóth.* Melodiis, dum 8 habemus paginas, non opus est, sed narratiunculae semper exoptatae sunt. — *A. Hetényi.* Aenigma tuum censor aenigmatum correxit. — *L. Tamás.* Nova aenigmata alia in scidula scribenda sunt, quia ad censorem aenigmatummittuntur. Noli oblivisci me 3 chilogrammata manuscryptorum in mensa mea scriptoria edenda habere. — *J. Collètre.* Novo lectori S. P. — *I. Guelmino.* Ioca, quae 12 discipulorum miserunt, paulatim publicabuntur. — Libri a *H. Weiss*, *V. Temesy*, *C. Magyar*, *G. Birkás*, *M. Stephenson* missi recenscebuntur. — Praeter supra dictos opuscula miserunt : *E. Szántó*, *S. Piváresi*, *E. Scheily*, *E. Földvári*, *A. Székely*, *C. v. d. Broek*, *I. Németh*, *C. Simon*, *Z. Babocsay*, *E. Hajós*. — Si quis responsum copiosius a moderatore accipere vult, mittat pittacium necessarium ad respondendum.

**Omnibus lectoribus nostris dies festos Christi nati felices, faustos, fortunatos, item novum annum paciferum, hoc exeunti anno 1939 quietiorem precamur.**